

1495

C O D I C E S

1496

Les très merueilleuses Viſtoires des femmes du nouveau monde &c. Paris. 1553. 16. quod non ſemper adcurate factum eſt; dein, in altero Noſtri Prooemio haec legi: Coſi a voi dolciſſimo mio Gello et per voi a quella non men famoſa che dotta Compagnia dell' Accademia uoſtra, et per detta Compagnia a tutto quanto il mondo io indirizzo queſta hiſtoria &c. Gellum hic intelligi Job. Baſtiſtam illum Florentinum Sartorem literatum, cujus vitam dedit Niceronus T. 18. p. 40. nullus dubito; Academiam vero dictam Humidorum fundatam Florentiae a. 1540. cujus membrum is Gellus fuit. Igitur oportet, Poſtellum in curſibus ſuis Florentiam etiam ſalutaſſe, quamvis id apud Scriptores non reperiam. Suadet id inſuper ejus Commentatio de Etruriae Originibus &c. Coſmo Duci inſcripta et edita Flor. 1551. 4. cui adhaeret Epiſtola ad Pet. Fr. Giambullarium, in qua frequens Gelli mentio, Opusculi videlicet de Originib. Hetr. et ſpeciatiſſim Linguae Florentinae, quod autor Jambullarius Gellum inſcripſerat rationem in Praeambulo hanc reddens: Ho introdotto a parlare il noſtro Giouanbatista Gelli, ſi perche egli è molto uirtuoſo, et tanto amico mio, che dal cognome ſuo uoglio chiamare queſta opera il Gello &c.

DCXLV.

H. 6 Codex chartaceus gall. Sec. XVIII. Folior. 45. 4. ſequentia continet Απογεγραφα. I. Famoſi Libelli inſcripti: *La Beatitude des*

Chretiens, ou Le Fleo de La Foy, par Geoffroy Vallée natif d'Orleans, fils de feu Geoffroy Vallée, et de Girarde Le Berruyer auſquelz noms des Pere et Mere assemblez il ſ'y treuve Lerre; Geru vrey Fleo d. La Foy bygarreé Et au nom du filz Va Fleo Regle Foy aultrement Guerre La ſole Foy. Heureux qui ſçait Au ſcavoir repos. Satis haec produunt autorem, quem fanaticus error et iracunda Diana urſit. Septem Articulis conſtat, qui inſcribuntur: Le vray Catholique ou Univerſel. Le Papiſte. Le Huguenot. L' Anabaptiſte. Le Libertin. L' Atheiſte. et: Qui eſt en crainte, quelque crainte que ce ſoit ne peut eſtre heureux. Multa in his impia, pleraque obſcura et inter ſe parum cohaerentia, e quibus aegre conſicias, exiſtere quidem Deum, quem tamen neque colere, neque timere opus habeas. Plura de infelici Autore Pariſtis anno 1574. recantatis, ut ajunt, erroribus ſupplicio affecto Niceronus T. XXIX. p. 39. Baylius in Lex. Menagiana T. IV. p. 311. Sallengre Memoires de Litterat. T. I. p. 222. De la Croix du Maine Biblioth. Franc. ex edit. Rigolaei Paris. 1772. T. I. p. 277. Vogtius in Cat. Libb. rar. p. 695. qui quidem audiendus non eſt, dum aliud Vallaeo ſubpoſitum Exemplar τὸ Fleo de la foy excitat; eſt enim haec Scriptorum rariffimum conditio, ut Sycophantae literarii facile inde occaſionem arripiant Eruditis imponendi, aut emungendi Divites curioſos,

Unctum

1497

P O L E M I C I

1498

Unum qui rite ponere possint.

II. sequitur Διαγωγίς quaedam mox dicti Libelli. *J'ai vu ce Livre qui consiste en un discours très mal conçu et très mal raisonné, de 8. feuilles in 8°. &c.* Verba sunt Bern. Monetae seu de la Monnoye, quae nunc leguntur in *Crucimanii Biblioth. supracit.* quae vero suo tempore nactus fuerit *Hobendorfus* ex Exemplo dictae *Bibliothecae* cum notis ms. *Monetae*. Exemplum istud demum in manus editoris *Rigolaei* (*Rigoley de Juvigny*) venit, ut memorat *Praefatio* dictae *Bibliothecae* p. 9.

III. Epistola Anonymi hoc initio: *Monsieur. La confiance que j'ai en votre probité et dans cette profonde erudition que le public reconnoit en vous avec justice, m'oblige à vous decouvrir librement quelques uns de mes petits scrupules, qui me sont venus dans mes heures de solitude sur les principaux fondemens de notre Religion.* &c. Ita suaviter palato se infinuat crambe *Incredulorum* toties recocta. Nihil adfert hic christianae Religionis impugnator, ad quod non saepissime et solidissime responsum esset. Sed nempe Responsum legere non vacat. Epistolam hanc cum pluribus ejusdem farinae Scriptis initio hujus Seculi ex *Hollandia* emeruisse credibile est.

IV. *Dissertation sur le Livre intitulé Le Moyen de parvenir.* Incipit: *Bien de gens croient, que le Livre, qui a pour titre Le moyen de parvenir, a été fait par un*

Chanoine de Tours &c. et est *Bernardi de la Monnoye*, inserta deinceps *Menagianis*, ubi edit. *Amst.* 1716. 12. legitur T. IV. p. 419. eo discrimine, quod in *Mf.* Auctor neget, *Franciscum Beroaldum de Verville*, qui *Le Moyen de parvenir* compilavit, *Canonicum Turonensem* fuisse; melius vero edoctus postea in *Edit.* illud adfirmet. Praeter hanc porro *Dissertationem de Vervillaeo*, pudendoque ejus Partu videri possunt *Niceronus* T. 34. p. 224. et *Clemens Bibl. Hist. crit.* T. 3. p. 215.

DCXLVI.

Codex chartaceus ital. Sec. X. H. 10
VIII. Folior. 277. 4. maj. *Απογομφον* est impii Libelli *Lo Spaccio de la Bestia Trionfante* ex editione in 8. cujus Titulus ita procedit: *proposto da Giove, Effettuato dal confeglo, Reuelato da Mercurio, Recitato da Sophia, Vdito da Saulino, Registrato dal Nolano. Diviso in tre Dialogi, subdivisi in tre parti. Consacrato al molto illustre et eccellente Caualliero Sig. Philippo Sidneo. Stampato in Parigi. M. D. LXXXIII.* Et *Απογομφον* quidem ipsi Exemplari impresso, quod mihi objacet, gemellum; nam et in utroque manu praescripti sunt i *Nomi di quarant' otto Constellationi*, et *Notulae marginum* eadem tam in *Edit.* quam in *Mf.* calamo adjectae